



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

QUÆSTIO XXXVI.

Quem fructum percipis ex sanctâ Concepione & Nativitate Christi?

R E S P. Quod noster sit Medi-
tor^a, & sua innocentia ac perfecta
sanctitate^b nostra peccata, in qui-
bus^c concepti, aut decepti sumus, tollat,
ne in conspectum Dei veniant^d.

^aHeb.7.26.^bApoc.1.5.

^bApoc.1.5. Commonere vos volo scientes se-
mel omnia, quoniam Iesu populus de terra Aegy-
pti salvans secundò eos, qui non crediderunt, per-
didit.

R E S P. *b* Quid ergo? Non hoc concludit
tectorum solam peccatorum: neque pec-
cati originalis, neque Concupiscentiæ,
quam innatum esse peccatum fingunt, in-
que vñā cætera omnia.

DOMINICA XV.

QUÆSTIO XXXVII.

*Quid creditis cum dicas, Passus
es?*

R E S P. Fum toto quidem vitæ
sux tempore, quo in terris egit^a,
præcipue vero in eius extremo^b,
iram Dei aduersus peccatum vni-
uersi generis humani^c, corpore &
sensu anima^d sustinuisse, quo ad pœ-
nam solam hic temporalem, non inferna-
lem: ut sua passione, tanquam vnico
cruento sacrificio propitiatorio, cor-
pus & animam nostram ab æterna-

damnatione liberaret, & nobis gra-
tiam Dei^e, iustitiam & nobis in has-
ram, & vitam æternam^f acquireret:

Nisi et nos indignos reddamus.

^aEsa.53.2.^bMat.27.46.ex Psal.22.^cEsa.
53.4-5.^dPs.22.17.18.Mat.26.38.Psa.22.15.
^eHeb.9.12.^fRom.5.2.Ioh.1.17.g2. Cor.5.
21.h1.Ioh.4.9.Ioh.3.14.15.

QUÆSTIO XXXVIII.

*Quid causæ fuit, cur sub iudice Pilato
pateretur?*

R E S P. Ut innoeens^a coram iu-
dice politico damnatus^b, nos à se-
uero Dei iudicio damnationis, quod
omnes manebat, eximeret^c.

^aIo.18.31.38.Lu.23.14.15.Mat.27.19.24.
^bMat.27.2.Ioh.19.13.14.15.16.^cEsa.53.5.
Rom.8.34.

QUÆSTIO XXXIX.

*Estne vero quiddam amplius, quod affi-
xus sit Cruci, quam si alio genere
mortis affectus esset?*

R E S P. Sane amplius^a. Ex hac e-
nim re^b sumus certi, cum maledictio-^c sum-
nem^d, quæ^e nobis incumbebat, in se^f certus
recepisse^g, nam mors crucis erat à
Deo maledicta^h.

^aPhilip.1.8.^bGal.3.13.^cDeut.21.22.
23.

Qq. 3 D O-

